



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117816**

§. 33. Condemnationis Eutychianæ Retractatio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](#)

## §. XXXIII.

Sæculum V.  
A.C. 449.Condemnationis Eutychianæ Re-  
traffatio.

Eutyches, Libellis Imperatori traditis, *Liber. brev.*  
 quorum mentionem facit Flavianus, *c. 11. Conc.*  
 rogabat, ut Acta Concilii Constantino- *Calce. p. 241.*  
 politani, quæ non suisse fideliter conscri- *ibid. p. 236.*  
 pta dicebat, retractarentur; idque Im-  
 perator concessit. Hunc in finem, & Im-  
 peratoris mandato, Constantinopoli, in  
*Baptisterio Ecclesiæ, sexto Idus Aprilis,*  
*Protogene Consule, id est, octava Aprilis,*  
*anno 449. Conventum egerunt.* Tri-  
*ginta ferme Episcopi aderant, ex quibus*  
*decem, duodecimve in priori Concilio*  
*assederant. Omnibus Thalassius Cæsa-*  
*riensis præfuit. At vero Patricius Flo-*  
*rentius omnia agenda disponebat, & Ma-*  
*cedonius Tribunus, atque Notarius, Acta*  
*conscrivebat. Paucis ante hunc Con-* *p. 229. bis B.*  
*ventum diebus, Epistolæ S. Leonis Papæ*  
*Constantinopolim advenerant. Ipse Eu-*  
*tyches non comparuit, sed Constantium,*  
*Eleusinium, & Constantium Monachos,*  
*misit. Eusebius Doryleensis nolebat ut*  
*admitterentur, dicens: Si Eutyches mis-*  
*sis Vicariis se defendit, mibi quoque di-*  
*scedendum est; Meliphtongius, Episcopus*  
*Juliopolitanus, Eusebio assentiebatur;*  
*addebat præterea, cum statutum esset,*  
*celebrare Concilium cœcumenicum, cau-*  
*fas*

Sæculum V. fas omnes eidem esse reservandas. Set  
A. C. 449. vicerunt, qui Imperatoris mandato  
 temperandum putarunt, sicque Eutychius  
 Legati admissi.

Ab Episcopis rursus petebatur, ut  
 Actorum istorum veritate juramento  
 firmarent; at Basilius Seleuciensis dixit:  
*Usque in hanc diem ignoramus morem*  
*quo Episcopis juramentum deferatur.*  
 Cessit monenti Patricius. Flavianus  
 Notarios suos, qui Acta Concilii scrip-  
 rant, in hunc Conventum adduxerat;  
 jussit Patricius, ut ea afferrent; Aetius  
 Notariorum unus pluribus disputabat, id  
 a se contra æquitatem exigi, & Acta si-  
 specta esse non posse, quin suspicio in  
 Notarios redundaret. Tandem, juber-  
 te Concilio, Actorum tabulas authogra-  
 phas prompsit, & Constantius, nomine  
 Eutychis, descriptum exemplum attulit.  
 Legere ergo cœperunt, & ad primam,  
 secundamque Sessionem nemo quidquam  
 objecit; disceptatum deinde de Euty-  
 chis responsis, quæ ad eum citandum  
 missi retulerant, & quæ ipse postea in  
 Concilio præsens dederat. Id quoque in  
 excusationem trahebatur; non totum  
 p. 169. Concilium ipsi Anathema dixisse. Ad  
 p. 233. hæc Aetius: *In Conciliis sæpe fit, ut unus*  
*Episcopus aliquid dicat, quod tanquam i-*  
*toto Concilio dictum accipitur, & nota-*  
*p. 240. tur. Hic omnium temporum usus fuit.*

Qui in fine subscribit, omnia acta proba- Sæculum V.  
re censetur. Idem Aetius alia occasione A. C. 449.  
dicebat: Episcopi sæpe in Conciliis mul-  
ta loquuntur, consilia in Bonum commu-  
ne conferentes, quæ scribi non permit-  
tunt.

p. 244.

Post hæc Constantinus, alter ex Eu-  
tychis Procuratoribus dixit: Quando  
Depositionis Sententia recitabatur, Eu-  
tyches ad Concilia Sanctissimorum Epis-  
coporum, Romani, Alexandrini, Jerofo-  
lymitani, & Thessalonicensis, appellavit,  
quod Actis insertum non legitur. Pa-  
tricius dixit: Cum, finito Concilio, stre-  
pitus aurium usum prohiberet, dixit leni  
voce ad me, quod ad Concilium Romanum,  
Alexandrinum, & Jerosolymitanum ap-  
pellat; credidi, æquitati consentaneum  
non esse, ut id Flavianus ignoraret; ac-  
cessi, & quid Eutyches dixisset, retuli.  
Basilius Seleuciensis dixit: Sane! veri-  
tatem eloquor; antequam Patres disces-  
sissent, cum instarent, ut duas Naturas  
sine commixtione, & confusione confite-  
retur, respondit: Si hoc me Patres, nem-  
pe Romanus, & Alexandrinus dicere ju-  
beant, dicam. Non appellando hæc lo-  
quebatur, sed dicebat; non audeo hoc af-  
firmare, quod Patres sciam esse contrarios.  
Flavianus dixit: Hoc ex ore ipsius non  
audivi, sed cum, soluto Concilio, ad meum  
Conclave ascenderem, illud Magnificen-  
tissimus

Sæculum V. *tissimus Patricius mihi retulit.* Patricius ait: *Edicant Episcopi, an sciam Eutychem appellasse!* Declararunt, nihil de ista appellatione ad suam Notitiam devenisse.

p. 256.

p. 245.

Eutyches præterea libellum supplicem Imperatori tradidit, rogans, ut a diretur Magnus, Silentarius, qui de praecedenti Concilio quædam occulta esset manifestaturus, quod etiam impetravit. Magnus quinto Kalendas Maji, nempe 27. Aprilis, eodem anno 449. coram Ario bindo, Officiorum Magistro, comparuit, & edixit, quemquam sibi, antequam Concilium inciperet, scriptam in Eutychem Damnationis sententiam ostendisse. Tunc etiam Macedonius Tribunus, & Notarius edixit, Asterium Presbyterum, & Notarium apud se indicium facisse, quod alii Notarii Acta corrupserint. Hæc etiam urgente Constantino, Eutychis Procuratore, acta sunt.

*Liber brev.*

c. II. Conc.

Calc. p. I. c. 5.

Tunc vero Flavianus mandato Imperatoris Confessionem Fidei suæ tradere jussus est. In ea profitetur, quod Conciliis, Nicæno, Constantinopolitano, & Ephesino adhæreat, & in JESU Christo duas Naturas post Incarnationem in una Hypostasi, & Persona agnoscat; quod ne quidem dicere recusat, unam Verbi Divini Naturam, dummodo adjiciatur, quod incarnata sit, & humanizata. Tum omnibus

omnibus illis, qui JESUM Christum in Sæculum V.  
duos dividunt, & ante omnes Nestorio A. C. 449.  
anathema dicit.

### §. XXXIV.

#### *Convocatio Concilii Ephesini.*

Interim Chrysaphius Evnuchus, maximus Eutychis Præsidium, ad Dioscorum Episcopum Alexandrinum, litteras dedit, quibus promittebat, se, quoad vivet, ipsius partibus fore addictissimum, si Eutychis defensionem in se suscipere, & Flaviano, atque Eusebio adversari vellet. Imperatricem quoque Eudiam excitavit, ut iisdem partibus se jungeret, quo Pulcheriam ad Indignationem provocaret. Eutyches pro se etiam per litteras Diocorum rogavit, ut de hac causa cognosceret, & ea, quæ contra se acta fuerant, ad examen revocaret. Diocorus ad Imperatorem scripsit, Concilium oecumenicum convocari oportere, quod etiam, & facile, Eudocia, & Chrysaphio operam jungentibus, obtinuit. Epistolam, qua Concilium convo- catur, habemus, ad Diocorum directam, Att. I. p. 99. Constantiopolis tertio Kalendas Aprilis, post Consulatum Posthumiani, & Zenonis, id est, 30. Martii anno 449. datam. In ea Imperator dicit; cum circa Fidem aliqua dubia exorta essent, quibus multorum Conscientiarum perturbarentur, se Episco-

Niceph. lib.  
XIV. c. 47.

c. 12.

Cont. Calced.

Att. I. p. 99.